

## BISTRIȚA / BISTRITZ, NÖSEN / BESZTERCE

1538.01.11

*Sfatul Bistriței interzice meșterilor pantofari să lucreze peste norma admisă și să vândă pantofi negustorilor care vin din Ungaria (dincolo de Cluj) și exportă pantofi.*

Senatus decretum de calciamentorum ductoribus qui veniunt ex Hungaria  
Eodem die quo supra tractatum est de calciamentorum ductoribus, qui non multo tempore soliti sunt ex Hungaria accedere et tanquam ad nuptias venire, et a suttoribus excipi, quia nonnulli magistri sutores qui cum ipsis calceorum ductoribus contractum habentes specialem quandam curam super adventum eorum habuerant, sicque in foro fenum et avenam et alia victualia praeoccupabant, in damnum et vilipendium aliorum civium valde magnum. Ideo ex quo valde varia raritas calciamentorum et defectus magnus, ac incommoditas tam villis quam civitati exinde soleat exoriri, statutum et conclusum est ut deinceps in posterum tales calciamentorum ductores eo respectu Bistriciam peramplius venire non debeant, nec ipsi magistri sutores calciamenta sua illis vendant, sed quum aliquis sutorum sua propria calciamenta ex sua propria officina progressa est, per se voluerit educere in Hungariam, id libere agere posset, idque extra aliquod pactum cum aliquo occulte contractum, videlicet ut ab huic calciamenta foris civitate per suttorem deducerentur infra Coloswar, tandemque ad manus illius dare vellet, id etiam prohibitum esse debeat sub pena, sed si quis sutorum, ut ductum est, sua propria calciamenta educere velit aut etiam ab aliis coempta, ultra Colosuar in ipsam Ungariam usque ducat. Idque alii mercatores quoque Bistricienses eodem modo facere poterint etiam extra occultum pactum.

SJAN CJ, POB seria III, nr. 3, 23r

